Præſtantiſſimo Domino Candidato
JOHANNI HENRICO KOHL
ſalutem & officia
JO. GOTTL. LEIDENFROST
Med. Doct. & Prof. Publ. Ord.

Mulhemii ad Rurram vicinitas & copioſus in commerciis & aliis variis negotiis cum noſtra urbe nexus, multaque inter cives Mulheimenſes verſans amicitia noſtra facit ut Tibi, quem illi habituri ſunt medicum, quamdiu in noſtra academia verſatus es, ſemper bene cupiverimus, ideoque & nunc non modo Studia medica in nuper ad æternitatem profecti & a nobis maxime deſiderati Collegæ noſtri Beati CHRISTIANI *AREND SCHERERI, & in noſtris quoque prælectionibus hauſta, ſed etiam honores doctorales proxime recipiendos gratulamur, & optamus ut providentia divina Tibi quævis fauſta & fortunata deſtinare velit. Duisburgi ad Rhenum. Calendis Novembris MDCCLXXVII.*